



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Paulus de Valle.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

annum & 22. dies tolerato ,  
tandem frigore , fame, para-  
lysi , alijsque ærumnis con-  
sumptum mors hodiè occu-  
pauit . P. Carolus Spinola  
ærumnarum socius, ac lauda-  
tor, de illius capillis decer-  
ptū quidpiam lipsanothecæ  
suæ ad priuatam veneratio-  
nē inclusit: & omnes qui vnà  
cū eo in carcere luculentæ  
in igne mortis gloriā oppe-  
riebantur, de socio in cæle-  
stem libertatem siccâ morte  
asserto læti , & collachry-  
mantes, præeunte Religioso  
quopiam viro , *Laudate De-  
minum omnes gentes, pro gra-  
tiarum actione cecinere.*

P. Paulus de Valle .

Nullis verbis explicare  
se posse aiebat quantâ fuif-  
set voluptate perfusus, cùm  
**Cocini amplexum à S. Xa-**

*Lusitan⁹ :*  
mortuus  
Punicali  
10. Ian.  
1552. So-  
cietatis ini-  
tae 5.

A 4 ue-

8 Anni dierum illustrium

uerio accepisset. S. Xauerius  
vicissim illum *virum egregia*  
*virtute* vocat. In ora Pisca-  
ria, cùm ad Bagadas pro  
concione vernaculo sermo-  
ne diceret fidei ac morum  
normam tradens, repente ab  
irruente barbarorum manu  
occupatus; probris, vinculis,  
cippo per mensim integrū  
oneratus; inediāque, ac tot  
etiam post libertatem ade-  
ptam, post maritimum di-  
scrimen (quod periculoso  
natum euasit) incommodis  
vexatus est, ut ærumnae tam  
variæ morbum illi, mortem-  
que attulerint.

*P. Franciscus Pintus.*

Angræ in Tertia à bono  
IESV dictâ insulâ natus, in  
Societate spiritualis Co-  
adiutor, & Brasiliorum per  
annos triginta magister A-

po-

*Ipdus:*  
occisus in  
Brasilia  
ii. Ian.  
1608.

